

comprehenditur, re iudicata fuisset definitum, ut cum plurimis probat Carleval. ubi proxime, nu. 7. Parlador, sup. ampliat. l. n. 5. Azeved. n. 53. quamvis alio sensu instrumentum clausulam guarentigiam habere dicatur, ut videre est apud Cancr. d. c. 3. nu. 6. 7. Menoch. de arb. lib. 2. cas. 17. num. 6. Azeved. num. 54.

24 Contrariam verò partem cum D. Covar. tuerentur Menes. in l. n. 2. C. de jur. & fact. ignorant. Felician. de censib. lib. 3. c. 1. ex n. 3. Segura in l. si ex legati causa, n. 71. 78. ff. de vrbor. obligat. Valdes ad Suar. sup. in declarat. leg. Reg. n. 10. Rodrig. ubi sup. c. 1. art. 4. nu. 19. Paz. c. 1. num. 10. Ceval. quest. 6. jo. n. 5. Baëza, de inop. debitor. c. 1. n. 31. Guttier. practicar. lib. 1. quest. 110. & de jurament. confirmat. part. 1. c. 62. n. 6. Quiesada in suis quest. Fijc. q. 9. G. ronda de gab. part. 2. §. 1. n. 15.

25 Quæri solet supposito, quod hæc opinio ultima in praxi recepta sit, tum censeatur adjecta; quamvis omnia sit; clausula guarentigia, cum hodie de consuetudine in omnibus instrumentis apponatur? & affirmativè aliqui responderunt, juxta l. quod si nolit, §. Quæ a assitua, ff. de adilit. editio. Contrarium tamen verius est, ut ex aliis resolvit Ceval. l. q. 690 in fine, pro quibus facit l. quicquid 99. ff. de vrbor. obligat.

26 Si uia præmittendum non est, instrumenta, quæ apud nos paratam habent executionem, exequi non posse, si agatur ubi tale Statutum non viget, & è contrario, si conficiantur, ubi paratam executionem non obstant ac in Hispania experiantur, via executionis reus poterit conveniri, si instrumenta eas qualitates contineant, quæ apud nos desiderantur ad agendum executivè; nam et si quoad huius decisionem standum sit legibus loci, in quo obligatio contrahitur; quoad ordinem iudicii attenditur, quod observatur, ubi petitur; Ant. Gom. in d. l. 64. n. 8. 9. Parlador. part. 1. §. 11. ampliat. 3. nu. 13. D. da. Perez in d. l. 4. Ordinam. Gregor. Lop. in l. 8. glos. fin. tit. 18. part. 3. Cur. Philipp. §. 7. nu. 3. Paz. sup. d. part. 4. c. 3. nu. 29. quamquam instrumentum confectum, ubi paratam executionem non habet, exequi non posse; licet petatur in loco, in quo est executibile ex Statuto defendat Cancr. dict. c. 3. nu. 19. sequutus Mart. Monter. d. c. f. 9. num. 52. qui alios refert.

27 Sed quod instrumentum exequendum non sit, ubi non est executibile; et si conficiatur ubi executionem paratam habet, ampliatur, licet Judex procedat ex literis requisitoriis, v. g. si Judex Castellæ requireret Judicem alterius provincie, ut exequeretur publicum instrumentum non poterit requisitus annuere requirenti, si ibi tale instrumentum paratam non obtineat executionem; ita Cancr. num. 20.

Ad Num. 4.

28 Chirographum, sine privata scriptura à debitorè judicialiter recognita, de jure Regio paratam executionem meretur, l. 5. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Parlador. dict. cap. fin. part. 1. §. 5. à princip. Carleval. sup. tom. 2. tit. 2. disp. 8. n. 2. & tit. 3. disp. 5. n. 39. Guttier. d. ub. 1. practicar. q. 221. à n. 1. Azeved. in l. 2. n. 2. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Greg. Lop. in l. 119. glos. 4. tit. 18. part. 3. Paz. d. part. 4. cap. 1. n. 21. Avendañ. in cap. Prator. part. 2. c. 31. n. 1. Cur. Philippic. §. 6. n. 1. Aviles sup. l. verb. ex. cution. n. 13. Villadieg. d. c. 2. nu. 28. Quæ recognitio fieri potest de mandato Judicis coram apparitore, vel Tabellione, l. 6. tit. 21. lib. 4. Recopilat. ubi Azeved. Paz. d. c. 1. n. 24. Cur. Philipp. ubi proxime.

29 Sed chirographum non recognitum executioni

mandari non potest, quamvis contrahentes expresserint, ut ex eo via executiva experiri liceat, Amat. varior. lib. 1. resolut. 8. nu. 20. ubi alii, Azeved. in l. 5. n. 2. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Cancr. ubi sup. n. 5. Cavalcan. d. c. f. 27. n. 18. 19. part. 2.

Ibi: Cui illud adscribendum.

Quando privata scriptura præjudicat aliis creditoribus debitoris? late traditur per D. Covar. practicar. c. 22. nu. 5. Tiraq. de retract. convent. §. 1. glo. 7. n. 43.

Ibi: Unde hæc recognitio non retrahitur.

Quamquam privata scripturæ recognitio retrahatur ad tempus obligationis contractæ in præjudicium ipsius debitoris recognoscentis, D. Larrea Granat. d. c. disp. 49. n. 14. Tamen quoad creditores alios hypothecarios, qui contraxerunt ante recognitionem, non admittitur retractus sed à quo recognitum est chirographum, habet creditor in hypotheca temporis prioritatem; Guttier. dict. l. 1. q. 225. n. 8. Didac. Per. in d. l. 4. colum. 1090. vers. Contr. in fine, Paz. sup. c. 1. n. 31. Reb. ad leg. Gall. e. t. 1. tr. de chirogr. & fideiular. recogn. in pref. n. 16. & n. 81. cum seq. Villadieg. d. c. 2. n. 32. Hevia Bolaños in commerc. verestri, l. 2. c. 12. de prelat. n. 50.

Quod limitatur, si scriptura recognita habuerit debitoris, ac trium testium masculorum subscriptionem, quoniam tunc recognitio retrahitur ad tempus confectionis, in detrimentum aliorum creditorum habentium publica instrumenta quoad prælationem in hypotheca; nam hujusmodi chirographum, sublequuta recognitione, vim obtinet publici instrumenti, ut habetur in l. scripturas, §. Si. au. em. C. qui potior. l. 31. tit. 13. part. 5. Sic docent Guttier. & alii proximè laudati, Merlin. de pignor. l. 4. tit. 1. quest. 15. n. 4. Gait. de credit. c. 4. n. 1531. Ant. Favon suo Cod. tit. in quibus caus. pign. tac. contrah. & de error. b. pragmat. dec. 1. error. 1. n. 17. & error. 3. Gauan. disceptat. forens. cap. 501. Decian. cons. 109. n. 19. ub. 2. de quo plenè Alexand. Trentacinq. varior. lib. 2. tit. de fi. instrument. res. 12.

Recognitio autem hujusmodi fieri debet tam à debitorè ipso, quam à tribus testibus, qui propria manu subscripserunt, D. Covar. d. c. 22. nu. 5. in prim. ip. (quamquam in vers. Hinc sane, cogitandum est, quæ, an sufficiat sola testium recognitio ad præia un prælationis effectum?) Merlin. sup. n. 4. Guttier. ubi proxime, Hevia Bolaños, d. c. 12. n. 52. Imò hoc ipsum requiritur, ut via executiva agi adversum debitorem possit; nam si testes duntaxat recognoscant, via ordinaria erit agendum; Azeved. in l. 5. n. 20. tit. 21. lib. 4. Recopilat. Avendañ. in cap. Prator. part. 2. c. 30. nu. 5. Guttier. sup. Paz. c. 1. n. 30. Villad. d. c. 2. n. 28. vers. Ac proinde.

Hinc quaeritur, si tempore recognoscendi chirographi unus testis ex tribus decesserit; utrum debitore, ac duobus superstitibus recognoscentibus, præjudicium aliis creditoribus generetur, juxta supra tradita, & quamvis diversæ reperiantur opiniones, quarum Authores congerit Trentacinq. de resol. 21. nu. 11. ipse affirmativè resolvit; nam est lex omnium recognitionem postulat; hoc debet intelligi, quando omnes supersunt, possuntque suas subscriptiones agnoscere; alioquin duorum comprobatio sufficit, qui regulariter ad probationem in quocunque negotio fidem faciunt: cap. in omni negotio 4. de testibus, l. ubi numerus 12. ff. cod. Quæ sententia verior videtur, ac menti legis conformis.

Ibi:

Ibi: Quid autem dicendum erit.

35 Si debitor privatam scripturam recognoscere ussus non compareat, aut parere detrectet, habetur chirographum pro recognito, ut exequi possit, modo ad hoc personaliter citetur, nisi dolosè latitet, ne citari queat. Est communis resolutio, quam sustinent Azeved. sup. ex n. 13. Guttier. quest. 122. n. 1. vers. Sed his non obstantibus, Rebuff. sup. n. 26. 98. Avendañ. n. 4. Avil. n. 34. Boër. decis. 295. num. 19. Parlador. sup. part. 1. §. 5. n. 11. Villadieg. n. 29. Quicquid teneat Paz. c. 1. n. 25. Cur. Philippic. part. 2. §. 3. n. 3. & Parlador. d. cap. fin. part. 5. nu. 10. ubi ait, sufficere quod citatio fiat ad domum, ut reus pro recognoscente habeatur.

Ad Num. 5.

36 Videas ad hæc, quæ sequuntur Menoch. de arbitrar. ub. 2. cas. 53. Trentacinq. varior. lib. 3. tit. de solutio. resolut. 25. per totam, ubi de hac materia late agit, Borguon. Cavalcan. accisi. 26. numero 63. part. 2.

AD CAPUT XII.

Utrum à sententia sive laudo Arbitri, vel Judicis, qui ejus loco, petita reductione, subrogatur, Appellatio jure permittatur.

SUMMARIUM.

- 1 Arbitrorum triplex differentia.
- 2 Quæ remedia competant adversum arbitrorum sententias, ad nu. 4.
- 3 Reductioni ad arbitrium boni viri utrum renunciari possit?
- 4 Intra quod tempus peri debeat.
- 5 Coram quo Judice sit postulanda? ad n. 15.
- 6 Arbitrorum sententia, sive laudo, nemo infamis efficitur.
- 7 Ubi locus appellacioni à sententia arbitri est, ejus Superior est adsumendus.
- 8 Quando ab arbitris appellatio permittatur.
- 9 Si Judex ordinarius, ut arbitrator, controversiam dirimat, ejus Superior super reductione ad arbitrium boni viri cognoscit.
- 10 Judex utrum Arbitrator, vel Arbitrator eligi queat?
- 11 Seculares pretextu appellacionis, aut reductionis, ad Ecclesiastica Tribunalia trahendi non sunt, remissivè.
- 12 Utrum à sententia Judicis cognoscentis de reductione ad arbitrium boni viri liceat appellare? & n. 23. 31. cum sequentiis.
- 13 Appellacionis auxilium competit semper, nisi jure interdictum reperiat. Quibus casibus denegatur? remissivè, nu. 25.
- 14 Regula standum est, nisi exceptio probetur.
- 15 Appellatio an permittatur ab eo, qui pro suo arbitrio de causa cognoscit? & n. 28. 29.
- 16 Judex appellacionis an leges loci, in quo primo judicatum est, teneatur observare.
- 17 Judex de reductione cognoscentis, eadem aequitate, ac Arbitrator, procedere debet.
- 18 Appellatio, quæ nisi ex litigatoribus licet, alteri non denegatur; & è contra.

Pro intelligentia eorum, quæ sub hoc capite sunt per tractanda, atque ut distinctè in re factis Faria addit. ad Covar. Tom. 1.

ambigua procedamus, in qua sanè non pauci interpretes obscuritatis vitium incurrerunt, præmittere oportet, Arbitrorum triplicem differentiam agnoscere. Alii sunt juris Arbitri, qui, jubente lege, à partibus ipsis, vel aliis creantur, ut secundum legales regulas decident controversias, de quibus in cap. suspicionis 39. de inoff. delegat. l. arbitro 9. ff. qui satis. cogant. Alii Arbitri compromissarii dicuntur, qui ex mera voluntate contententium ab eisdem eliguntur, ut juxta jus, ex bono tamen & æquo, lites dirimant, quorum mentio fit in cap. Quintavallis 18. de jurejur. l. 23. tit. 4. part. 3. l. societatem 77. §. Arbitrorum ff. Pro socio. Alii denique Arbitri inveniuntur, à juris Interpretibus vulgò Arbitratores nuncupati, quivelut amici constituuntur ad diffidia pro suo arbitrio de facto potius, quam de jure componenda; de illis agitur in d. l. 23. & d. §. Arbitrorum. & l. rem non novam 12. §. 1. ibi: Qui arbitrium peragunt, C. de judic. Quam distinctionem admittunt omnes, & videre licet apud Cancr. varior. resolut. part. 1. c. 1. à princip. Parlador. in sequentiis. different. 43. Azeved. in l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopil. Aug. Barbol. in collect. ad Decret. tit. de Arbitr. in rubric. ex n. 6. Rebuff. ad leg. Gallie. tit. de Arbitr. art. 1. glos. 3. Cardin. Tusch. practicar. conclusio. tit. A. concl. 448. Pat. Molin. de just. & jur. tract. 5. disp. 30. 31. Pet. Greg. syntagmat. jur. lib. 47. cap. 39. n. 2. cum seqq.

Inter cæteras differentias, quæ inter hujusmodi Arbitros recensentur, illa ad rem facit, quæ versatur circa remedium competens ad corrigendum, si quid per illos iniquè definitum est. Et in primis scire debemus, ab Arbitris juris non minus, quam à Judicibus appellacionem esse permissam, cap. ab arbitris 11. de offic. delegat. d. l. arbitro 9. Bart. l. 1. §. Interdum. n. 8. ff. à quib. appellat. non lic. Scaccia de appellat. quest. 17. limit. 13. nu. 5. Parlador. different. 43. in princip. nu. 2. Cancr. nu. 36. Maranta d. ordin. judicior. part. 6. tit. de appellat. num. 272. Villadieg. in Politic. cap. 4. n. 63. Guttier. in l. nemo potest. n. 445. ff. de legat. 1. A lege enim jurisdictionem accipiunt delegatam, vel mixtam, Molin. d. disp. 31. nu. 2. ubi extraordinariam dixit, quare eorum sententiæ actionem producant judicari, Bart. in l. ult. C. de judic. Abb. in c. 1. n. 21. 22. de re judicat. Cancr. ubi proxime, Marant. sup. part. 4. disp. 6. n. 22. Borrel. de compromisso. §. 3. glos. 1. à nu. 61. Parlador. nu. 1. sic ab eisdem ad Principem est interponenda appellatio, d. cap. ab arbitris, Cancr. ubi proxime, Scacc. sup. n. 109.

Ab arbitris ex compromisso omnino interdicitur appellatio, l. non distinguemus 31. Et idem ff. de recept. arbitr. l. 1. C. od. l. ult. tit. 5. part. 3. quia jurisdictionem nullam habent; nec actio nascitur iudicati ab eorundem sententiis, prout exprimitur in d. l. 1. Ita docent Scacc. d. limit. 13. cum seq. Parlador. ver. quotidianar. lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 2. n. 23. Sforc. Odd. de in integ. restitut. part. 2. quest. 72. n. 44. Menoch. cons. 405. nu. 32. Cancr. num. 5. Villadieg. sup. Imo nec reductio ad arbitrium boni viri petere conceditur, Spé.ulat. tit. de Arbitr. §. 1. nu. Cancr. ubi proxime, Azeved. in d. l. 4. nu. 32. Parlador. d. different. 43. §. 1. n. 1. facit l. diem proferre, §. Scari, ff. de recept. arbitr. Doli tamen exceptione se tueri damnatus poterat, ne Arbitrio parere, aut penam solvere cogeretur, l. 34. tit. 4. part. 3. dict. l. non distinguemus. §. Cum quidam, & seq. Pet. Greg. sup. nu. 27. Jure autem Canonico non prohibetur ab hujusmodi Arbitris provocare, secundum receptiorem opinionem, Guttier. sup. num. 425. Blanc. de compromiss. q. 10. n. 9. Menoch. cum aliis, cons. 406. n. 42.

Bb 2

Adversus

4 Adversus Arbitratorum decisionem, quae laudum nominatur, reductio ad arbitrium boni viri datur, ut quod perperam arbitratum est reformetur; l. 23. tit. 4. part. 3. ubi Greg. Lop. glos. 1. Bart. in d. §. arbitratorum. n. 19. Canc. n. 22. Parlad. ubi proxime, Menoch. conf. 217. nu. 29. Azeved. sup. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de arbitr. resol. 3. Tusch. sup. conc. 407. n. 15. Appellatio vero prohibetur, Molin. d. sp. 35. n. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 70. nu. 11. Canc. sup. Surd. conf. 106. n. 2. & rationem reddit, quia cum jurisdictionem non habeant, laudum actionem parere nequit, Cyriac. ubi proxime.

5 An autem renunciatione, vel alia cautela fieri possit, ut reductio ad arbitrium boni viri non competat? late agit Trentacinq. d. resolut. 3. per tot. & de renunciatione videndi sunt Cevall. tom. 1. quest. 89. Molin. ubi proxime, n. 10. & constat receptius esse renunciari valide posse; sed si quis enormiter ex laudo laesus fuerit, aut dolose arbitrator versetur, non obstant renunciatione, etiam juramento vallata, audiendus erit; ut idem docent.

6 Circa haec quaeritur, si quis per errorem a laudo appellaverit, atque ita tempus legitimum ad reductionem petendam labatur, utrum laudum emologatum censetur; ne contra illud amplius dicere valeat? & negativè respondit Bald. ad Speculator. tit. de appellat. col. 6. vers. Sed p. ne quaestionem; quem sequitur, Surd. sup. n. 4. Tempus ad petendam reductionem hujusmodi de jure communi est triennale, de Regio decendum, l. 27. l. 35. tit. 4. par. 3. Canc. num. 28. ubi ait in Catalonia decem dies dari, Azeved. in d. l. 4. n. 143. 144. Cevall. tom. 3. quest. 73. n. 3. Guttier. sup. n. 444. Hermos. in l. 9. glos. 5. n. 14. tit. 5. part. 5. Parlador. d. d. cap. fin. part. 1. §. 2. nu. 24. & d. d. d. diff. 43. §. 1. num. 3. Villadieg. d. d. num. 63.

Ad Num. 1.

7 Quibus praestatis, quaestio anceps admodum est, quam in praesenti D. Covar. proposuit, nempe a. ud quem Judicem reductio ad arbitrium boni viri advenit Arbitratorum laudum debeat postulari? De qua aliquid dictum est sup. lib. 1. cap. 18. num. 31. suntque plures diversae opiniones, quas refert Thesaur. decisi. 14. a princip. ex quibus illa magis recepta est, ut asserit Laurent. Kirchovii commun. opinion. verb. reductio quae Bartolo duce, tenet, Judicem esse adeundum, qui de causa cognosceret, si non fuisset compromissum, quam tueretur Praeposit. in rubric. de appellat. n. 84. Maran. d. part. 6. act. 2. nu. 126. Cevall. d. q. 89. n. 7. Ruin. cor. s. 7. in princip. lib. 4. Hermos. sup. nu. 12. Gal. practicar. conclusion. lib. 1. observat. 149. Mynsinger. observation. cent. 2. observat. 61. qui duo de praxi testantur, Vital. de Camban. in tract. clausularum claus. de reductione. §. Videamus quis est iudex, n. 3. Gratian. disceptat. forens. c. 100. n. 52. Guttier. conf. 51. in fine, Thesaur. sup. n. 4. §. 8. ubi ait, contrarium sustineri non posse, Molin. d. disp. 35. n. 8.

Ibi: Contrariam sententiam, imò hanc reductioem.

8 Sed adversus B. rotolum extat opinio etiam communis; quae habet, reductionem esse postulandam à Judice ejus, cui laudum favorabile fuit cum rei partes gerat, quod ut D. Covar. placuit Canc. ubi proxime, Sfor. Odd. sup. q. 52. n. 109. Caval. in resolut. lib. 2. c. 12. n. 1. Azeved. sup. n. 147. Roland. conf. 26. n. 30. volum. 2. Avendañ. de exequend. mandat. part. 1.

c. 1. n. 27. Cyriac. sup. tom. 2. controvers. 380. n. 66. Surd. d. conf. 106. n. 14. 17.

Ibi: Ex his tandem apparet.

Hanc sententiam scilicet, quod Superior arbitratoris sit Judex competens ad cognoscendum de reductione, probabilem dixi, sup. d. c. 18. num. 31. & ita sensere non pauci apud surdum, d. nu. 17. nec displicet Thesaur. sup. n. 2. ubi illam rationibus corroborat; & n. 10. probat omnino, quando persona illustris ut Praeses, aut Senator laudum tulit; duae tamen praemissae sententiae longè sunt receptiores, de quo vide infra, n. 19.

Sed quicquid de jure communi sit, apud nos servari debet opinio Speculatoris tit. de Arbitr. §. 1. vers. Sed quis, n. 4. cujus meminit Thesaur. num. 28. qui docuit petendam esse reductionem coram Judice loci, ubi laudum fuerit latum; nam ita cautum est, l. 3. tit. 4. part. 3. ad cujus observationem nos esse adstrictos notant Gregorius Lopez, ubi glos. 14. 15. Hermosill. ubi proxime, Thesaur. d. decisi. 14. n. 9. vers. Sextio Azeved. n. 148. Pet. Barbot. in l. bebes abiens §. Proinde, n. 39. ff. de judic. Cevall. ubi proxime, Avendañ. d. n. 27. vers. Et ex his infero, Villadieg. c. 4. nu. 63. Circa quam legem duo se offerunt adnotanda. Primum, quod etsi in d. constitutione jubeatur, ut Judex bonos viros eligat ad cognoscendum de reductione, non observatur; Gregor. Lop. d. glos. 14. Azeved. nu. 147. Secundum, si reperiantur plures Judices ejusdem loci, quorum unus sit Judex Partium, & alter Arbitratoris, hunc, & non illum esse adeundum, Gregor. Lop. glos. 15. Azeved. numero 148.

Vers. Primò etenim.

Ubi laudum paratam exequutionem ex statuto meretur, Superior arbitratoris de reductionis causa cognoscere debet. Ita frequentissimo Scribendum consensu decisum est, ac docent Maranti nu. 114. 126. Gregor. Lop. d. glos. 15. Avendañ. sup. Cyriac. n. 68. 69. Amad. Rodrig. de exequution. art. 1. nu. 19. Blanc. de compromis. quest. 10. nu. 13. Dec. in rubric. de appellat. n. 14. Cagnol. in l. 2. n. 280. C. de pact. int. emptor. & venditor. Sfor. Odd. ubi proxime, Azeved. d. n. 148. & alii plures, quorum ratio est, nam ex quo lex paratam exequutionem tribuit laudo, videtur jurisdictionem Arbitratoribus concessisse, per quod eorum sententia actionem producat.

Ad Num. 2.

Contra communem tamen sentiunt, Molin. d. d. 12. disp. 35. nu. 7. Thesaur. d. n. 9. quod etsi laudum paratam exequutionem habeat, reductio ad arbitrium boni viri à Superiore arbitratoris non est postulanda.

Ibi: Quibus suffragatur textus.

Sed pro communi responderi posset ad cap. venerabilibus 7. §. 1. de sentem. ex comm. in 6. ibi loquutum esse Pontificem in casu, in quo specialis militat ratio, quoniam jure constitutum est, ut Archiepiscopi non aliter de causis subditorum ad suffraganeos Episcopos spectantium cognoscant, quam per legitimam appellationem; ne alioquin homines jurisdictioni proprii Episcopi absque occasione subtrahantur, cap. cum in Ecclesia 38. de appellat. ubi DD. Stephan. Quarant. in summ. Bullarii, verb. Archiepiscopi auctoritas, autor, 18. numero 19.

Ibi:

Ibi: Nec refert quicquam.

14 Adde Surd. d. conf. 106. n. 5. Molin. ubi proxime, & quanquam concedatur, legem tribuentem paratam exequutionem laudo, non ceteri jurisdictionem arbitratoribus dare; tamen sufficit, quod praeter auctoritatem rei judicatae quoad exequutionem Arbitratorum sententiae, nam per hoc Judicibus similes fiunt, argument. l. 1. C. de recept. arbit. propter quam similitudinem, regulae statuta in appellatione, in reductione observantur. Nec novum est, aut juri dissonum, ut quod in uno casu definitum est, ad similes extendatur; l. non possunt 12. juncta Glos. ibi, ff. de legib. Quod facilius procedit attentis dicendis, infra, n. 18.

15 Nec obstat dicere, laudo Arbitrorum non dari paratam exequutionem de jure Regio ut sententiae, sed ut instrumento publico. Nam hoc rejicitur ex l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopilat. cui objecto innititur; ubi expressim dicitur, sententiam Arbitrorum confirmari, ac praeterea ibi stabilitur, quod si fuerit confirmata per Judices Supremos; nullum appellationis, vel supplicationis auxilium supersit, nam si Arbitratorum decisio pro sententia non habetur, nequaquam tolleretur recursus, & remedium revisionis, qui in Regalibus Cancellariis regulariter non denegatur, l. 1. & per tot. tit. 19. lib. 4. Recopilat. nec unica sententia cujuscunque Judicis, vel maxima dignitate praesulgentis, solent causae terminari, Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 70. n. 22.

Ibi: Hinc sanè Panormitanus.

16 Adde Surd. & Molin. ubi proxime. Er quidem Panormitanus sententia aequa pariter, ac vera videretur; nam etsi Statutum Arbitrorum sententiae paratam tribuat exequutionem; tamen cum privati permanent, eorum sententia rigorose talis non est, ut possit infamiae notam irrogare damnato; aliud enim est, aliquid esse tale, & aliud haberi pro tali quoad aliquos juris effectus; Bart. in l. si maritus, §. Legis, n. 1. ff. ad leg. Jul. de adulter. Alciar. in l. mercis, ff. de verbor. signific. Socin. Senior. conf. 275. col. 4. vers. Sed pone, lib. 2. Menoch. conf. 35. n. 21. Atque ita quanquam sententia Arbitrorum rei judicatae auctoritatem praestet, quoad exequutionem, quoad reliqua manet in dispositionem juris communis; juxta quod, ex compromisso lata sententia non infert infamiam, l. quid ergo, §. Ex compromisso, ff. de iis q. notant. infam.

Ibi: Quoties verò de reductione non agitur.

17 Hoc de natura appellationis necessario requiritur, & in terminis docent Canc. n. 26. Azeved. n. 149. Parlador. d. cap. fin. §. 3. Hermos. d. glos. 5. n. 13. Greg. Lop. in l. fin. glos. 1. in fine, tit. 4. p. 3.

Ibi: Quod plerumque contingere potest.

18 Quando liceat ab Arbitrorum sententia appellare, videndum est apud Bart. in l. nemo potest, quest. 7. ff. de legat. 1. & Guttier. ibidem, a n. 117. Illud verò receptum est, licitam esse appellationem, quoties ex Statuto paratam exequutionem habeat; Ripa in d. l. nemo potest n. 91. Guttier. ibi, nu. 424. Surd. sup. nu. 25. Parlador, ubi proxime, Molin. sup. n. 5. August. Barbof. in collectan. ad l. 1. n. 3. C. de recept. arbit. Greg. Lop. ubi proxime, Canc. d. c. 21. n. 10. Tusch. sup. concl. 414. n. 18. An pacto fieri possit, ut à sententia Arbitri permittatur appellatio addit. ad Covar. Tom. 2.

pellatio? docet Bart. ubi proxime, Guttier. n. 445. qui resolvunt affirmativè; intelligentes non de rigorosa appellatione, sed de quadam revisione, sive reductione.

Ibi: Idem esse censet.

Quoties reductio ad arbitrium boni viri postulat contra laudum, quod Judex ordinarius, ut amicabilem compositor tulit, necessario ejus Superior adiri debet, Thesaur. d. n. 9. vers. Quintò fallit, Azeved. in l. 1. n. 24. tit. 18. lib. 4. Recopilat. Vital. de Camban. ubi sup. Molin. d. disp. 35. num. 7.

Circa quae animadvertendum est, Judicem ordinarium, ad quem causa cognitio pertinebat, in Arbitrum eligi non posse, l. 9. tit. 6. lib. 3. Recopilat. l. 24. in fine, tit. 4. part. 3. l. sed etsi 9. §. Siquis iudex, ff. de recept. arbit. Sed Arbitrator bene constitui potest. Idem de delegato sentiunt aliqui apud Greg. Lop. in d. l. 24. glos. 8. qui contrarium probat. De jure Canonico, etiam Judex ordinarius Arbitri munere fungi permittitur, de quo Abbas in cap. cum tempore, n. 5. de Arbitr. Azeved. in d. l. 9. n. 4. Olan. in concord. verb. Judex, num. 64.

Ibi: Cavendum tamen est.

Adde Thesaur. sup. nu. 9. vers. Secundo limita, Bobadill. in Politic. tom. 1. lib. 2. c. 17. nu. 93. Azeved. in d. l. 1. n. 95. tit. 18. lib. 4. Recopilat. Molin. sup. n. 8. ubi hoc D. Covar. assertum reprobatur.

Ad Num. 3.

De hac quaestione videndi sunt ex professo agentes, Rebuff. d. tom. 3. tit. de Arbitr. art. 1. glos. 9. a n. 4. Cevall. tom. 3. quest. 73. per tot. Boer. decisi. 284. nu. 16. cum seqq. Vital. de Camban. d. tract. clausul. claus. de reductione, §. Postremo videndum, pag. 717. Tusch. d. conc. 414. Molin. sup. n. 9.

Vers. At ab eo.

Quod à sententia Judicis cognoscentis super reductione ad arbitrium boni viri, non admittatur appellatio; tenent Tusch. ubi proxime, nu. 1. 7. Zabarell. conf. 139. n. 22. & conf. 40. & plures refert Tusch. d. n. 3. & Boer. n. 16.

Vers. In contrariam sententiam.

Appellationis auxilium non denegatur, nisi fuerit jure interdictum; atque ita regulariter appellans semper audiendus est. Surd. de alim. tit. 8. privil. 60. n. 1. Marc. Anton. Genuenf. in practica. lib. Ecclesiastic. q. 319. n. 2. Cevall. tract. de cognit. per viam violent. glos. 6. num. 30. Tiraq. de privil. pia caus. privil. 153. Azeved. ubi proxime, n. 71. Amat. dec. 75. n. 4. Paz. in prax. tom. 1. part. 6. in proam. a nu. 37. ubi distinctè probat in omnibus causis, omnibus personis, & à quocumque Judice appellare licere. Sic in dubio appellationi deferendum est, Menoc. conf. 1074. n. 3. Cevall. d. glos. 6. num. 16. Tusch. l. A. conc. 369. n. 4.

Causis, quibus de jure prohibetur appellatio, congerunt Marant. d. tit. de appellat. a n. 267. Bern. Diaz. reg. 35. Rebuff. d. tom. 3. tit. de appellat. art. 7. per tot. Damhousder, in prax. c. 230. cum aliis Dueñas, reg. 41. & aliqui exprimentur in l. 3. 4. 6. 9. tit. 8. lib. 4. Recopilat. l. 16. tit. 23. part. 3. l. 1. & per tot. C. quor. appel. non recip.

Bb 3

Ad